eſſe incredulus Johā. xx.

De fide magna mulierū.

Fides mulierū magna ē

Mores virorū
ſic extollunt.
Verbis ſanctorum ſic obſectantur
Ne creditorū
corda premātur.

Fides ſanctarū mulierum in ſacra ſcriptura extollitur ꝛ laudatur. Nam ꝯmēdat apoſtolus fidem raab que nō perijt cum incredulis ſuſcipiēs nūcios ioſue exploratores ī pace Joſue. ij. Cōmendat ruth de fide ꝗ dixit ſocrui ſue Populus tuus populus meus ꝛ ds tuus deus meus Ruth primo. Redarguitur zacharias ab angelo de infidelitate. ꝛ elyzabeth ꝯmendatur de fide. quia fideliter exclamauit Luce primo. De reſurrectione domini multos viros legimus dubitaſſe. ſed d mulieribus nihil tale. ſed legiꝰ ꝙ chriſtus primo marie magdalene apparuit. ꝛ illa credens fideliter currenſqꝫ velociter apoſtolis annunciauit. Mathei viceſimooctauo. et Marci. xvj. Luce. xxiiij. Johannis. xx. Fidem habēt mulieres ſancte credendo vbis ſanctorum virorum ꝛ eis fidem plenarie adhibendo. Sic vidua ſareptana verbis helye fidem adhibuit. licet ille rem multum difficilem iuberet tercij Regum. xvij. Alia mulier multis debitis obligata verbis heliſei adhibuit fidem. ꝛ vaſa multa mutuo acquiſiuit. ꝛ oleum multiplicatū inuenit. quarti Regum quarto capitulo. Lidda purpuraria paulo inſtruenti credidit. ꝛ baptiſata eſt cum omni domo ſua. Actuum. xvj. cap̄. Fidem non ſolum mulieres ſed ꝛ omēs homines confiteri debent. qꝛ corde creditur ad iuſticiam. ore autem confeſſio fit ad ſalutem ad Romanos. x. cap̄. Mundi creatorem ꝛ corpoꝛ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

reſurrectionem confitebatur
illa mulier que ſeptez filios
ad mortem ꝓ dei legibꝫ ani
mauit ij. Macha. vij. Anna
ꝓphetiſſa ꝯfitebat domino ꝛ
loquebat ꝺ illo omnibꝫ qui
expectabāt redemptōnē iſrl'.
Luc. ij. Mulier ſamaritana
ꝯfeſſa eſt fidē dicens. Scio
quia meſſias venit qui dicit
chriſtus. Johā. iiij. Confeſ-
ſio fidei marthe ſimilis fuit
cōfeſſioni petri. Petrus eñ
dixit. Tu es chriſtus filius
dei viui. Mathe. xvj. Mar.
viij. Luce. ix. Martha autē
dixit. ego credidi quia tu es
chriſtus filius dei viui. Jo-
hā. xi. De fide mulieris ſan
guiflue chananee ꝛ magda-
lene. quere ꝓximo capitulo
precedenti.

De fidelitate ſeruanda

Fideles debent eſſe homines
- Obedientia vere parendo
- Beniuolētia ſe diligendo.
- In preſentia bene regendo
- Pleni ſciētia ꝯſulendo
- Incurrentia pacta tenendo.

Fideles debent eſſe
ſerui dominis ſuis
ꝛ nūꝙ ſibi mādata
ꝑtermittere. ſic ſeruus abra-
he fideliter egit ſibi cōmiſſuz
a dño quando iuit ꝓ rebecca
nuru ſua. Geneſ. viceſimo-
quarto. Jacob fideliter ſer-
uiuit laban paſcēdo greges
eius. Geneſis. triceſimopri
mo. Erga dominū ſuum io-
ſeph fideliter ſe habuit quā-
do vxorem eius ſe vrgentem
tangere recuſauit. Gene. tri-
ceſimonono. Noluit dauid
tangere dominum ſuum ꝑſe
quentē. cum tamen bene po-
tuiſſet eū occidere. j. Regū.
viceſimoqrto. Armiger ſaul
licet indiſcrete tamen fideli-
ter ſe habuit quando viuere
noluit poſt mortem domini
ſui. j. Reguz. xxxj. Fideliter
ſe habuerūt viri iabes ꝛ di-
lectionem grandē oſtēderūt